

**3890** Veronae trov. sotto certe camere di rincontro alla cattedrale sopra lapide di sepolcro.

INIRIX·INAVOX

Persico descr. di Verona 1 (1820), 31.

**3891** epistylia pars, ut videtur; Veronae alla fine d'un vo [= viottolo] che mette all' Adige dietro S. Anastasia.

OLAMI

Barth. Giuliani ms.

**3893** in pavimento tessellato Veronae in S. Helenae ecclesia subterranea iuxta cathedralm ecclesiam.

EVSEBIA  
CVM · SVIS  
TESELLA  
VIT · P · CXX

Bianchini camera de' liberti della casa d'Augusto (Romae 1727) p. 6 (inde Mur. 1865, 7); Maffei M. V. 208 aere expressit (inde opinor Venturi stor. 1, 133; Persico 1, 50. 248).

**3894** Ibidem.

HIMERIA  
CVM · SVIS  
P · CXX

Contuli. Bianchini l. c. (inde Mur. l. c.); Maffei Ver. 3 p. 66, M. V. 208 aere expressit; Venturi l. c.; Persico l. c.

**3895** Ibidem.

MARIN//  
COL · CVM  
SVIS · P · X

Bianchini l. c. (inde Mur. l. c.); Maffei Ver. 3 p. 66, M. V. 208 aere expressit (inde omnino Venturi l. c.; Persico l. c.).

Initio fractam facit Bianch. — MARIN// Maff. (M. V.), MARIN Bianch., MARINVS Maff. (Ver.). Fuit fortasse MARINVS·ACOLuthus.


**3896** Veronae in S. Petri de castello.

HIC REQVIES . .  
CIT IN PACE SCS.  
VALENS EPS QVI.  
VIXIT ANN PLM.  
5 LXXXV ET SEDIT EPIS  
COPATVM ANNO S  
QII MENSIS QII ET DIES  
XCIII ET RECESSIT SVB D  
QIII KAL AVGUSTAS.  
10 P C LAMPADI ET O  
RESTIS VVCC IND QIII p. C. 531

Panvinius fast. ad a. 531 (inde Smet. 142, 16; ex Smetio, qui minime vidit, Grut. 1060, 7; Moscardo stor. 1668 p. 53) et ant. Ver. p. 120; Maffei Ver. p. 254 n. 62 (inde Mur. 422, 3); Placidus Cartularius in codice suo iam servato Veronae in bibliotheca Dionisiana optime delineavit bis eodem opinor exemplo; Biancolini notizie storiche delle chiese di Verona 1 (1749), 103.

Panvinii minora errata non adscripsi. — Quae Placidus omisit, dedi inclinatis. — 5 xxxxv Panv. — 7 VII Panv. bis pro qii. — 8 xviii Panv. — SVBP Panv. (Ver.), PVB (om. D) Panv. (fast.). — 9 VII Panv. (ed.), VIII Panv. (Ver. ms.) Grut. — 11 VII Panv. (Ver.).

**3892** tabula marmorea cum foris circularibus, in quibus singulis singulæ alphabeti litterae scriptae sunt; rep. Veronae a. 1812 cum lyceum factum est, deinde apud Venturium VENTURI. Nunc in museo municipali.



Descripti. Ed. Venturi stor. 1, 195, qui habuit pleniorum.

**3897** prope Veronam nuper rep. MAFF. Extat ibi in museo philharmonico n. 461.

HIC · REQVIESCAT IN PACE PLACIDIA IN LVSTRIS PVELLA INSTRVCTA LITTE 5 sic RIS QVI VIXIT ANN X OCTO ET MENS XI ET SEPVLTA EST SVB D · V · ID · OCTV sic BR RTER · PC · LAMPA p. C. 532 10 DI E t o RES tis
--

Contuli. Ed. Maffei Ver. 2, 30, M. V. 180, 4 (inde Mur. 2003, 6); Venturi stor. 1, 115 aere expressam.

9 dedi quod est in lapide; debuit esse BRITER, ut emendavit tacite Maffeius.

### XXXVII. ARVSNATIVM PAGVS (*Fumane in Valle Policella*).

Arusnates cum apud auctores quos habemus non nominentur, commemorantur in titulis tribus n. 3915. 3926. 3928, qui cum omnes prodierint in vico Fumane vallis Pulicellae, ibi eos sedem habuisse constat. Rei publicae formam non habuerunt (cf. tamen n. 3449), sed pagus Arusnatium (sic n. 3915. 3928) attributus fuit rei publicae Veronensem, ad quam spectant omnino qui in his passim commemorantur honores municipales. Sacra autem sua pagani ii habuerunt; quo pertinent *genius pagi Arusnatium*, cui una cum Nymphis dedicatus est titulus n. 3915 et dii *Cuslanus* n. 3898 et *Iupiter Feluennis* n. 3904 et fortasse *Ihamnagalle Sqnnagalle* n. 3900, praeterea *Minerva Augusta*, cuius ex aede ad Manerbe supra Maranum reiecta prodierunt tituli n. 3906—3914 (nota praeterea in donario ad hanc aedem referendo n. 3906 *locum datum decreto decurionum*, nempe Veronensem); item *Saturnum* alibi raro reperiendum hic offendimus n. 3916 pariter atque in Tridentinis. Pertinet eodem *udisna Augusta* n. 3926, quo nomine praeterea inaudito aedificium aliquod significari inde intellegitur, quo ea solo privato Arusnatibus dedicatur. Denique praeter *fanorum curatores* quattuor homines ingenuos, qui ex pecunia fanatica quiddam faciendum curant (n. 3924), *flamen* et *flaminica* passim reperiuntur in huius regionis titulis sic absolute positi nec facile alibi in agro Veronensi; nam *flamines Romae et Augusti* similesque sine dubio diversi pertinent ad ipsam rem publicam Veronensem (p. 327). Quapropter huc rettuli quattuor titulos ex museis Veronensibus prolatis n. 3921. 3929. 3931. 3932. Tituli flaminum et flaminicarum

sacri sunt omnes, neque eius generis ullus certo sepulcralis adhuc inventus est. Reperiuntur autem modo flamen et flaminica coniuncti (n. 3922. 3923), modo solus flamen (n. 3917. 3921. 3929. 3933), modo flaminica sola (n. 3916. 3930); sacerdotium quo pertineat, ostendit praeter locum, unde tituli prodierunt, *flaminica* ea quae dicitur *pagi Arusnatium* (n. 3928). Aliud sacerdotium flaminatu maius enuntiatur in titulis duobus n. 3931, ubi est *flamen vorvit, manisnavius posuit*, et n. 3932, ubi est *flamen manisnavius dedit*; quo quid significetur, adhuc latet. Denique hoc referendus *pontif(ex) sacr(orum) Raet(icorum)* tituli n. 3927, qui quamquam ex museo Nichesoliano tantummodo innotuit, tamen propter familiam, quae est huius vallis primaria, iure ad Arusnates referetur. Omnino quae hoc loco composuimus peregrina sacra neque ea Gallica, sed magis coniuncta cum ipsius Veronae originibus Raeticis (v. p. 327), adhuc obscura sunt, sed si fieri potest ut illustrentur, iungenda sunt. Ex qua coniunctione hoc praeterea apparebit, quantum potuerint in his partibus Octavii (cf. praesertim n. 3926). — Complectitur hoc caput titulos repertos ad Negarine (*Castel rotto*), S. Petri d'Incariano (scilicet ibi eruderatos; nam quos servant ibidem Mongae, eorum certe bona pars aliunde advecta est), Burri, S. Ambrosii, S. Georgii Ingannapoltron, Vologne, S. Floriani, Squarano, S. Viti de Negrar, Negrar, Mazane, Fumane, Marano, Minerbe, Cavolo. Supra Cavolum et Maranum tituli hic quoque (cf. p. 328) deficiunt.